Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quasi beati pauperes qui nichil habentes scti quod amittentes lubenter corpo
ris uitam cum immortali glia commutantes. Non ociose igitur sci iohannis hic
psona laudatur: qui uitę amore post habito iustitiae formam nec mortis ter
rore mutauit. Quid inquit existis in deserto uidere? Deserto mundus hic
comparari uidetur: adhuc incultus: adhuc sterilis: adhuc infecundus: quem
negat nobis dnus pdicandum ut mentes carnis inflatos uacuosq; uirtutis
uiros & fragili se glię sectatis sublimitate iactantes: pro exemplari quodam
& imagine nobis putamus imitandos: quos pecclis mundi huius obnoxios
uita mobilis inquietat: uiri harundini comparandos: in quibus solidę ius
titiae nullus est fructus: qui fortitudinis crinita falcis: nodis obsita: uacuo bono
ris strepitu nulla sui utilitate: frequenti cum offensione intus in animam
foris speciosa sectantur: Harundines sunt nulla ualidioris naturę radice
fundati: & si leuis aspiraueritis psperioris aura successus: uago motu primos
uerberant: inopes ad suffragandum: fragiles ad nocendum: Harundines fluuios
amant: & nos labentia mundi caduca dilectant. Tam hanc harundinem
si quis de terra euellat: plantatus & supfluis exuat: spolians uetere homi
nem cum actibus eius: scribę uelocitę scribentis manu temperata: incipit n̄ ha
rundo esse: calamus: qui pecepta celestium scripturarum penetrabilibus mentis
imprimat tabulis cordis scribat. De quo calamo habes dictum: Lingua mea
calamus scribę uelocitę scribentis. Quod ad xpm alibi referre uolunt. Vno
igitur loco & uerbum & calamus legitur & scriba. Verbum quia de genitali pa
tris pcessit archano: eructauit inquit uerbum bonum. Calamus: quia caro xpi
patiente serie uoluntatis expressit & lingua mandata diuina sacri effusi
one cruoris implent. Scriba: quia calamo suo diuidua quadam distinctio
ne noui & uetteris testamenti: id diuinitatis & carnis patiente nobis
dispositionis misteria reuelant. Hunc calamum imitare tuae carnis tem
peramento: & calamum tuum hoc est carnem tuam tinguere n̄ atramento s: spu
di uiuit ut quod scribis eternum sit. Tali calamo paulus illam epistolam scrip
sit: de qua dicit. Epistola nra uos estis scripta n̄ atramento s: spu dei uiui.